



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

VIII. Decedentium sine Baptismo Pœna an sit mors æterna?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

Vnde ergo Forma; quæ est Anima, vt definiuit Conc. Lateran. sess. 8.

DICO AD I. Scriptura animas ponit pro hominibus, partem pro toto, vt 1. Reg. 28. Samuel apparuit, cum sola fuerit anima, Leu. 5. Si peccauerit anima. &c.

AD II. In lumbis Abrahamæ fuit Christus secundum materiam carnis; non secundum rationem seminalem: at Leui secundum vtrumque, Christo n. fuit mater ex Abrahamo; at non Pater.

AD III. Deus cooperatur acti oninaaturali; non vitio voluntario fornicantis. Vt ait S. Hier. l. 3. Apolog. contra Rufinum: cooperatur semini sparso, licet per furtum sublato.

SENTENTIAS alias duas repete ex Luthero-calp. p. 4. q. 5. reiectas; vnde fortiter infertur veritas de Traduce peccati originalis.

QVÆSTIO VIII.

Decedentium sine baptismo POENA an sit mors aeterna?

HÆRESIARCH. I. Vincentium refutat S. Aug. l. 1. de origine animæ, c. 9. & l. 3. c. 13. quod assereret esse beatos paruulos decedentes absque baptismo. Zvinglius, Bucerus, Martyr, CALVINUS; aiunt, Fidelium filios saluari, certum esse, Probabile, & Insuper delictis; ait Zvinglius; vi reparatæ per Christum naturæ.

II. PELAGIANI, teste Aug. l. de hæc. c. 88. *Esti non baptizentur, promittunt eis, extra regnum Dei quidem; sed tamen aeternam & beatam quandam vitam suam: sc. beatitudinem naturalem.* Sic ferè & Catharinus, & Pighius docuere. Liqueat in Luthero-calp. p. 4. q. 24.

PAPISTA. Tales paruuli absolute sunt damnati. Est de fide; sic definiuntibus Concilij, Papis, Patrib. & Theol. Et Conc. Palæst. nam coegit Pelagium suam hæc. esin contrariam anathematizare. S. Aug. l. 1. de Orig. animæ. c. 9. *Non baptizatis paruulis nemo promittat, inter dam-*

nationem, regnumque cælorum, felicitatis cuiuslibet quasi medium locum. Hoc enim eis hæresis Pelagiana permisit. Idem l. 1. de pe. mor. c. 34. Quid in paruulo agit exorcismus meus, si in familia diaboli non tenetur? Et tali sub tyranno decedunt non baptizati. Adde quod ibidem Sanctus Augustinus non fuit ausus pronunciare de paruulis sine baptismo morientibus istud: Melius erat ei, si natus non fuisset homo ille.

QVÆSTIO IX.

An SUFFICIENS Auxilium detur omnibus ad salutem?

HÆRESIARCH PELAGIANI, teste Aug. l. contra epist. Pelag. c. vlt. & Ep. 106. 107. *Ep. c. assererant, Gratiam omnibus paratam esse; & quemque eam posset expetere & excipere solis lib. arbitrii viribus; sine alia gratia præueniente.*

LVTHERO-CALVINISTÆ, vt LVTHERVS in assert. a. 36.

CALVINVS Inst. 3. c. 22. §. 10. & c. 24. §. 13. 16. confingunt contrarium: sc. multis deesse auxilium Sufficiens ad salutem; vt Reprobis ab æterno.

PAPISTA. I. Conc. Arauficanum damnauit Pelagianos. Quia Ph. 2. *Vobis donatum est, vt in illum credatis: non ex viribus arbitrii habent.* Rom. 12. *Vnicuique diuisit Deus mensuram fidei: nemo suo opte arbitrio acquisiuit.* Vide Luthero-c. p. 4. c. 31.

II. Auxilium sufficiens omnibus datur pro loco & tempore. Quia Ps. 24. *Vniuersa via Domini misericordia & veritas.* 1. Ioan. 2. *Ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non solum a nostris, sed et totius mundi.*

III. Sufficiens tamen auxilium resurgendi à peccato non adest omnibus sæper & ubiq. Querit S. Aug. l. 4. in Iulian. c. 8. *Cur non conuertit Deus omnium Nolitium voluntates? Respondeo: Cur non oēs mortuos adoptat inuacro regenerationis Infantes?*

Gg 2

IV. A. 1